



**Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1706**

XLVII. Præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62649)

**E.** Concertationi 10. de Appellat in 6. Ut Lib. 2. tit. 28. art. 7. est dictum, & obser- ficut ea permisla est pluribus legataris; ut, uno sibi relictum repudiante, alter si- bi relictum valeat acceptare; quod inter plures difficulter communio quam, divisio habeat locum, Zafius in l. Legatarius et. n. 3. & Peckius bte n. 11. ad 9. Accedit; quod, eti legatarius sibi relictum pro parte acceptare & pro parte repudiare non potuerit, totum tamen semel accep- ptatum dividere, & una parte retentā alteram aliis cedere vel tradere non pro- hibetur; ac proinde, quod haeredibus, ipsi quoque fuerit permisum.

## REGULA XLVII.

Præsumitur Ignorantia, ubi Sci- entia non probatur.

## SUMMARIUM.

1. Sermo est de ignorantia Facti.
2. Sensus & Ratio Regule:
3. Cui in omni materia est locus.
4. Instantie, ex Jure deprompta,
5. Eam firmant ac declarant.

7. **F**AETI, non Juris ignorantiam excu- fare ac prodesse, liquet ex iam de- clarata Regula 13. in 6. cuius, quia præsens ulterior quædam expli- catio est, ipsa quoque de Facti, non de Ju- ris ignorantia procedit, Dynus & Strein bte uterque n. 1. Vnde
2. Illius sententia consentaneus hic pro- positæ Regulae sensus est, Ea, quæ in fatto conffidunt, in dubio quis ignorare presu- mitur, nisi eus scientiam habuisse probe- tur, aut certè factum proprium, pub- licum, valde ponderosum, aut tale sit, quod scire & intelligere ex officio debuit & mediocre diligentia adhibita potuit: ut in ignorantie locum habeat Regula, Non

poteſt effe Paſtoris excuſatio, Si lupus ovē comedit & paſtor neſcit: quæ eft S. Gre- gorii M. & decima ex relatis à Grego- rio IX.

Ratio Regulae sic explicatae eft; quod eorū, quæ extra nos sunt, scientia no- bis non congenita, sed acquisita: & fa- cta hominum penè infinita ſint; ut ple- rumq; etiam callidissimos latere foileant, I. In omni 2. ff. de I. & F. I. ut proinde in dubio, ſicut ipſa facta, In bello 12. §. 2. ff. de Captiu. & poſtlim. ſic etiam factorum alienorum, que publica aut valde ponderola non ſunt, & ſcire quiſ non tenet, Scientia non præſumatur, 3. eamque acquisitam, ſit probandum.

Atque hæc præſumptio non ſolum ætati minori & ſequiori ac fragiliori fe- xui: nec militibus duntaxat & rudibus, in quibus ipſius Juris ignorantia tolera- tur: ſed aliis quoque, & in humanis negotiis omnibus patrocinatus uifque a- deo: ut, ſervum ſuum militiæ effi aſcri- ptum, dominus, I. Super ſervis 6. C. Qui milit. pos. ſe tutorem conſtitutum, ipfe tutor non ſciſſe, I. Hoc autem 6. ff. de Pe- riculo tutor. & Princeps etiam statuta à communi Jure deviantia ignorâſſe præſu- matur, c. 1. de Conſtitut. in 6. Hinc le- gatario, cui rem vg. fundum alienum Titius legârat, fundum ejusque æſtimationem ab haerde petenti imponitur o- nus probandi; quod, fundum eſſe alienum, Titius ſciverit, I. Verius 21. ff. de Pro- bat. luculentō argumentō; quod, eum eſſe alienum, Titius ignorâſſe præſumatur, ſi id ſciſſe non probetur. Sic etiam pars litigans, à judicio non contumaciter ab- fens, ignorâſſe præſumitur, in eo contra- fe latam ſententiam definitivam; ut, niſi ejus contra fe late ſcientiam habuiffe pro- betur, decendit, à die non latæ, ſed no- ta ſententia currentis, laſpus ipſi fatalis ponit l. I. §. fin. ff. Quando appell. ſit & vat Gaill.

vat Gaill. Lib. 1. observat. 139. usum. 7.  
 4. At, sicut ista Regula commandant  
usum, sic ei adveratur necessitas proba-  
tionis, ut ignorantia profit; cum istius  
nuda allegatio non admittatur, sed pro-  
batio poituletur ab iis, qui assurunt, se ig-  
norasse, electum esse inidoneum, &c. Inno-  
tuus 20. de Elef. Imo ejus non qualis-  
cunque, sed liquida probatio exigatur  
ab eo, qui, defunctum fuisse surdum  
se nescisse, ait, l. Sitor 5. C. de Pericolo  
rat. eandemque ignorantiam propriō  
juramentō probandi onus imponatur, &c.  
Nulli 8. de Elef. in 6. c. Ultra 55. de Test.  
Gatet. c. fin. Qui matrim. accus. &c.  
Si vero 4. de Sent. excommunicat.

5. Verū ista, licet Regulam primō  
intuitu directe impetrat, attentiori ta-  
tamen mentis oculō ponderata relinquunt  
intactam; cū eā ignorantiam præ-  
sumi alteratur *In dubio*, seu quoties eam  
allegantis fidem scientiæ probatio, aut  
fortior præsumptio, vel suspicio vehe-  
mens non elidit: sicut accidit textibus ad-  
ductis: c. Innotuit & c. Nulli cit. quia  
electores ex officio suo & diligenter in-  
quirere tenentur in vitam, mores, sci-  
entiam, qualitatem & habilitatem personæ  
eligenda: in iis autem, qui in aliquam  
rem tenentur inquirere, ejus scientia præ-  
sumitur; ut ignorantiam allegantibus in-  
cumbatonus probandi, arg. Reg. Quam-  
vis 10. hic Ita in c. Innotuit cit. Glosa V. I-  
gnorantiam Panormit. n. 9. & 21. Lai-  
man. n. 6. l. Sitor cit. quia valetudini-  
nis & qualitatum personæ sanguine sibi  
conjunctæ noticiam quis habere ex com-  
muni uero præsumitur; ut proinde ab eo,  
qui ignorantiam prætendit, hanc probari  
ad præsumptionem illam elidendam sit  
necesse, Peck. ad hanc, Reg. n. 8. d. 4. c.  
Ultracit. Nonell. go. cap. 4. quia ex quar-  
to iterata petitione productionis testium  
eritur suspicio ac præsumptio, eam pe-

tenti antè productorum testium attesta-  
tiones innovuisse: &c, quia iis intentum  
suum non probari advertit, alios corru-  
ptos producere velle. Vnde ad eorum  
productionem quartam non admittitur,  
nisi antè productorum depositiones sibi  
non innovuisse &c, juramentō confirmer,  
& suspicionē illam purget, ut inc. In cau-  
sis 15. de Test. Gatet. notant. Panormit.  
n. 1. & Gonzalez n. 5. Simili modō c.  
fin. cit. ad accusationem matrimonii,  
postquam hoc in Ecclesiæ facit est contra-  
ctum, quis non admittitur: nisi impedi-  
mentum, accusationis suæ fundamen-  
tum, antè ignoratum juret, propter præ-  
sumptionem scientiæ & calumniæ, mihi-  
tantis contra eum, qui denuntiationum  
ab Ecclesia factarum tempore tacuit, &  
purgandam per juramentum, ut in c. cit.  
observant Panormit. n. 2. Alexand. de Ne-  
vo n. 4. & Vivianus §. Vel juret. Demum  
à clero etiam ignorantia clericatus per-  
sonæ, cui violentas manus iniecit, pro-  
banda est, c. Si vero cit. ; propter præ-  
sumptionem scientiæ ei adverstantem &  
ortam ex eo; quod percussus pro clero  
publicè habitus sit.

## REGVL A XLVIII.

*Locupletari non debet aliquis  
cum alterius injuria vel jauctura.*

1. *Sensus proposita tique consone Regula Civilis.*
2. *Ratio urinique,*
3. *Et latè patens usus.*
4. *Publicæ utilitatis intuitu introductio  
prescriptioni,*
5. *Et alia instantia Regula obiecta*
6. *Ab ea sunt exceptiones.*

**L**ocupletior cum alterius jauctura fi-  
eri intelligitur non solum is, qui  
cum ejus jauctura accipit aliquid,  
aut retinet, sed quoque patrimonio  
adiecit;